



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 16. Canones circa Missæ Sacrificium propositi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

Communione calicis, & parvolorum, & Sæcul. XVI.  
quamvis decreta jam essent confecta in Sessione illa, quæ quidem fuit secunda  
die Octobris indicta, sed tum dilata, vi-  
sum tamen Synodo, novam denuo per-  
tractationem ordiri, perinde acsi præ-  
fentes articuli quidem propositi, non  
autem dec si, minus vero in Sessioni-  
bus unanimi suffragio recepti, atque  
approbati fuissent.

A.C. 1551.

## §. XVI.

*Canones circa Missæ Sacrificium  
propositi.*

Postea ex Patribus nonnulli designa- *P. Nic. Pf.*  
bantur, qui articulos ad futuras pag. 278.  
disceptationes colligerent, iisque præ-  
primis proponebant septem, de quibus  
bis quotidie disputatum. Postea alii de-  
putabantur Patres, qui decreta confi-  
cerent, erantque isti Zagabriæ, quæ  
Croatiae est Metropolis, Episcopus,  
Ferdinandi Romanorum Regis Orator,  
Julius Phlugius Episcopus Numburgen-  
sis, ac præprimis Coloniensis Archie-  
piscopus, atque Elector. Porro hæc  
discussio usque ad Dominicæ Nativita-  
tis Festa protrahebatur, ac tum tre-  
decim conficiebantur Canones, quibus  
tanquam hæretici condemnabantur o-  
mnes, qui Missam nec verum esse Sa-  
crifice.

Sæc. XVI. crificium, nec vivis, aut defunctis pro-  
A.C. 1551. desse asserunt, vel Missas, ut vocant,  
privatas, nec non ritus in Ecclesia Ro-  
mana usitatos reijciunt. Post proposi-  
ta hæc anathemata quatuor condeban-  
tur Doctrinæ capita, quorum primo  
decernebatur, quod Sacerdotes in Mi-  
ssa verum Sacrificium a Christo Domi-  
no institutum offerant. Alterum hujus  
Sacrificii necessitatem explicabat, il-  
ludque cruento Crucis Sacrificio quo-  
dammmodo simile declarabat. Tertium  
agebat de utilitate, & applicatione  
ejusdem Sacrificii. Quartum conser-  
nebat Missæ ritus. Verum de hisce ar-  
ticulis in duabus proximis Sessionibus  
nihil fuerat definitum, sed tota res ad  
Sessiones Anno Domini millesimo quin-  
gentesimo sexagesimo secundo celebra-  
tas fuit remissa, cum Pius IV. Papa  
Ecclesiam regeret, ac Synodus rursus  
prosequeretur.

### §. XVII.

*Wirtembergenses Legati cum Tri-  
dentino Cardinale agentes.*

*Steid. l. 23.  
p. 836.*

Cum jam antea, ut supra memoravi-  
mus, Wirtembergici Ducis Orato-  
res datis ad Dominum suum literis,  
quam agendi rationem in Synodo tene-  
rent, sciscitati fuissent, tandem ipsis a

Du